

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii  
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,  
omnibusque conscientiæ nodis**

**Bonacina, Martino**

**Coloniæ Agrippinæ**

Notarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41152**

## Mutuum, Negotium.

459

Mutuare cum pacto remutuandi, licere quidam ajunt, sed  
alii negant, quibus assentitur Em. S. obligare enim ad ali-  
quid pecunia estimabile ob mutuum, usura est. Cov. de contr.  
9.37. pro remissione injuriae accipere aliquid tamquam pre-  
mium, usuram putat, licitum tamen est, mutuare alteri cum  
pacto, ut privatam vindictam tibi condonet. Item, si exigat  
justam aliquam satisfactionem, pro fama vel honore violato,  
potes eum obligare, ratione mutui, ut condonet pacto amici-  
tiz, sed non justitiae. Lessius. l.c. c. 20 dub. 7.

(Renunciandi) Licere putant Angl. usura 1. n. 4. Major. 4. d.  
15. 9. 29. ad 2. Bann. 2. 2. q. 78. art 2. nempe, si commode possit,  
idque imposita obligatione non gratitudinis tantum, sed &  
civili, iuxta Adrian. in 4. de restit. sed contra negant D. Thom.  
l. ad 2. Cajet. Ibid. Sot. l.c. Gab. 4. d. 15. quast. 11. art. 1. Nav. e.  
157. num 223. Mol. d. 308.

Pecunia deposita cum potestate utendi, fit mutuum, idem-  
que est de quovis consistente in numero, pondere, aut mensu-  
ra, sive depositarius dominus.

Siquis det frumentum, recepturus oleum, mutuum videtur  
implicitum.

Mutuare mercatori cum pacto, ut reddat in mercibus; vel  
operario, ut in operis, est emere, anticipata solutione. Vida.  
Mol. d. 309 n. 6.

Mutui vexatio licite redimitur. Sot. l.c. art. 2. col 3.

## N.

### Negotium.

Negotium alterius potest quis agere, sine ejus manda-  
to.

### Nomen.

Nomen sibi quemque posse mutare, excepto servo, modo  
sit sine fraude, & alterius praedium, quidam ajunt; Em. S.  
ad tempus, & ex causa id posse putat, si o qui acceptum in Ba-  
pusmo, non posse, nisi forte in Confirmatione.

### Notarius.

I. Notarius habere debet scientiam, saltem mediocrem  
eo-

corum quæ ad proprium officium pertinent, debetque referre in scriptum ea, quæ à partibus asseruntur & sunt. Peccatum graviter dum renuit instrumenta confiscare, aut dum confecta occultat vel dum conficit instrumentum carentis ulationis, teneturque ad restitutionem, & legata præsentia manifestare; neque potest quidquam ultra taxam accipere dum pretium à lege taxatum est, alioquin tenetur ad restitutionem, quando est quid notabile. tom. 2. circa octavum Dogi preceptum, disp. 10. q. 3. punct. ult. n. 1. &c. seq.

2. Clericus iniciatus majoribus ordinibus, non potest tabellionis Cæsarei officium suscipere, potest verò si minoribus tantum sit iniciatus. Ibid. num. 8.

## ADDITIO.

In Notario requiritur scientia, fidelitas, justitia. Scire debet necessaria ad suum munus, si omittat aliquid per inscientiam aut negligentiam, in instrumento, unde aliquis damnum patiatur, tenetur restituere.

Si conficiat falsum instrumentum, gravissimum patratus, & tenetur restituere.

Si verborum puritatem non servet, male agit: si in crimina libus præcipue, rem aliter narret, quam se illa habeat, graver peccat, & tenetur de damno illato.

Joan. Med. de reb. per usur. acquisit. q. 4. excusat à peccato notarium usurarii contractus instrumentum conscribentem, si solum conscribat veritatem, & nihil præterea agat. Azor. l. 8. c. 22. q. 16. excusat, si vocetur à Christiano, non auiem à Judæo. Toler. sequitur Nav. loc. cit. n. 15. & Carbo q. si. de usq. Medinæ opinio quibusdam non displicet.

Notarius in foro Ecclesiastico potest esse laicus.

Tabellio factus clericus, aut religiosus, non perdit officium ipso jure, interdicitur tamen communiter usus. Vid. P. norm. c. sicut. ne cler. vel mon. & Felic. in c. cum l. &c. A. de sent. & re jud. vid. Fum. Tabellio 34. Tabellionis, cum haberet non potest, vicem supplant duæ personæ honestæ Fum. l. c. n. 2.

Notarius visitatoris si non est de familia ejus, nec habet tabellionum à publico, potest aliud accipere à visitatis, nisi statim aut consuetudine prohibeatur. Vid. Sylv. visitatio, n. 5.